Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



Fo. XII

tib⁹ dedit. vel vt alijs libet illis. quos in Aphrica in primo monasterio congregauit. plerique censerunt. vt etiã in monte pisano eam ediderit. postq̃ autẽ creatus est Iponensis antistes. tertiam ex his duabus. ⁊ ex quibusdam alijs salutiferis documẽtis ad nos fratres suos heremitanos conscriptis. que ipsi paradisi nuncupauit margaritas. conflatã edidit. quippe quam ⁊ nobis prioribus filijs suis et clericis. quos in domo episcopi ad regularem. apostolicãq; vitam reduxit. voluit esse cõmunem. quod inficiari nemo potest. cum ipse in sermone de tribus generibus monachorum patẽter asseruit. eos heremitas plura obseruare. q̃ in hoc speculo demandauerat. Hanc enim speculũ appellauit. quoniam quecunq; in illis cõtinebantur. ⁊ singula ad nostram salutẽ oportuna in hac vna velut in speculo q̃dam possum⁹ intueri. Hec vt plerique asserunt eo loco incipit. vbi legitur hec sunt que vt obseruetis precipimus in monasterio constituti. Primuz propter quod in vnum estis cõgregati ⁊c̃. ita tamen vt p̃ma clausula vtpote. hec sunt. que vt obseruetis precipimus in monasterio constituti. sicut inuetustissimis emẽdatissimisq; libris reperimus. Rubrica sit sequentis sermonis. vbi connumerando p̃cepta initiauit textum dicens. Primũ propter quod ⁊c̃. quibus si assentiri licet mandatum de diligendo deo ac proximo. quod secunde regule exordium esse nemo sane mentis. ⁊ in operibus Augustini exercitatus ambigit. Idcirco aditum fuisse cẽsendum est. quaten⁹ expressius ad id seruandum excitemur. vehementiusq; inflãmemur. ceteris quidez pretermissis. quoniam in hac postrema ordinatiori modo atq; elegãtiori quodam stilo sunt omnia illa conscripta. Quisquis autem Augustinum in hac etiam ita fuisse exorsum velit. priorem nostram imitetur interpretationem. Quocunq; modo res se habuerit: ita eximij atq; precellentissimi doctoris mens est suscipienda vt quemadmodum ipse dei ac proximi ardebat amore ita ⁊ nos suam doctrinam vitãq; sectantes. vere caritatis succcedamur feruore.

Ambrosius

Itaq; hac ãbiguitate reiecta ad littere interpretationem accedentes. que in ea sunt contenta exponamus. Videam⁹ igit̃ in primis de monasteriorum constitutione. quoniam inquit nos in monasterio ꝯstituti. Nãq; tria doctor excellẽtissim⁹ Augustinus in aphrica fundauit monasteria. eque ac in sermone de iusticia ipse aperte hisce verbis declarat. vt bene nostis fratres carissimi tria monasteria apud Iponem dei gratia merui laudabilit̃ ad honorem sancte trinitatis construere. quorum Primũ hoc est. in quo iam annis multis modico pabulo contenti hilariter cõmoramur bestijs associati ab auib⁹ ministrati. ciborũq; spernentes delicias. visus hominuz fugientes. ⁊ ideo non ego miser. sed vos sepe angelorum estis assueti colloquijs. Aliud quoq; monasterium in horto. quẽ sanctus pater Ualerius mihi dedit edificatum est. Et quoniam postq̃ episcopus factus sum. nec semper hic vobiscum habitare potui. nec cum fratribus qui in altero positi sunt mõasterio. Propterea infra domũ episcopi mecum habere volui monasterium clericoꝝ. vt cum eisdem pariter s̃m apostolicam traditionem viuerẽ sicut ⁊ vobiscum hactenus vixi. Quibus sane transigitur. ꝙ cum tam heremitas. q̃ etiam clericos in monasterio cõstituerit. ꝙ ad vtrosq; hanc regulam direxerit. Augustinus igit̃ in monasterio constitutus. vt se religiosum. sicut semper post baptismatis lauacrum fuit. fateretur. ab eis quos in monasterio constituerat. vt eoꝝ se preceptorem. se parentem. seq; fundatorem assereret. ac deniq; ab eoꝝ successoribus. pat̃no iussit affectu hec q̃ in hac continent̃ regula obseruari. Ob eã enĩ cãm dei sanctoꝝq; patrum. quib⁹ collata est iubẽdi potestas. nobis p̃cepta legunt̃. quaten⁹ lecta intelligant̃. intellecta opere compleant̃. qm̃ sicut diuini ꝟbi preco excellentissim⁹ Paulus clamat. non auditores legis tm̃. sed factores iustificabunt̃ Nec ab hac sn̄ia dissentijt Marc⁹ Tullius. in officioꝝ libris ꝟtut̃ oĩs laudẽ in actõe cõsistere asseñauit. Et diu⁹ Jacob⁹ scribit: Si q̃s i lege ꝑfecte libtat̃ perspexerit ⁊ ꝑmãserit ñ auditor obliuios⁹ fact⁹ sz factor opis. h̃ beatus in facto suo erit,